tur. *Xam mien, heu mien.* Ita *li teu* et *li mien*, *intus*, *vai mien* et *vai teu*, *foris*. Ita etiam *guei* pro ſiue *propter*, *guei tien chu tao na li*, *propter coeli dominum accede huc*.

De Aduerbiis.

Quae nomina ſunt, ſaepe quoque pro aduerbiis vſurpantur. Nonnumquam plus quam vna vox ad efficiendum aduerbium requiritur.

Vocandi tamen, hortandi, demonſtrandi aduerbia nulla ſunt. Fiunt haec per nomina et verba.

Optandi *pa pu te vtinam*.

Reſpondendi *xi*, *ita eſt*, *çu gen*, *certe*.

Confirmandi *chin tie*, *vere*, *chin chin tie*, *revera*, *quo gen*, *certiſſime*, *chin chim tie*, *veriſſime*.

Negandi et prohibendi *pu non*, *mo non*, *vu non eſt*, *pu co*, *non conuenit*, *pu gen*, *non ita*, *minimè*, *alias*, *alioqui*.

Dubitandi *hoe forte*, *hoe ho*, *fortaſſis*.

Eligendi *nim* et *nim co*, *praeſtat* vel *potius hoc*, *quam illud*.

Comparandi *kem* et *kem to*, *multo magis*, *kem hao*, *melius*.

Congregandi *tum*, *ſimul*, *je tum*, *vna*, *pariter*.

Separandi *lim* et *lim vai*, *praeterea*.

Intendendi *kin diligenter*, *kiam fortiter*.

Remittendi *keu cie*, *negligenter*, *remiſſe*, *inſolenter*.

Temporis *kin ge*, *hodie*, *mim ge*, *cras*, *ço ge*, *heri*, *çien ge*, *nudius tertius*, *heu ge*, *perendie*.

Loci *che li*, *hic*; *çu*, *hinc hac*, *na li*, *vbi* et *vnde* et *quo* et *qua*. v. g. *çai na li chu*, *vbi habitas?* *na li lai*, *vnde venis?* *ni kin na li*, *quo vadis?* *quo na li*, *qua tranſis?* *co chu*, *vbicunque*.

Numeri *je çu*, *ſemel*, *ul çu*, *bis*, *to* poſitum poſt numeros, denario ſignificat amplius. *Xe nien to* ſeu *xe to nien*, *plus quam decem anni*. At *ſan ſu* dicunt, numerum incertum ſignificantes, qui infra denarium ſit, hoc eſt *tres* aut *quatuor*. *Cham cham*, *ſaepius*, *ſemper*.

Ordinis *ti je* item *teu je*, *primum*, *heu mien* et *heu lay*, *denuo*, *poſtmodum*, *chum*, *poſtremum*, *in fine*, *çien ante*, *heu poſt*.

Euentus *hoe gen*, *forte*, *fortuito*.

Similitudinis *ju ſicut*, *pi ju*, *item*, *pu tum*, *diſſimile*.

Qualitatis *xen* vel *miao*, *pulchre*, *belle*, *hao*, *bene*, *hao to kin*, *optime*, *kiao*, *ingenioſe*, *acute*.

Quantitatis *xao*, *parum*, *to multum*, *keu ſatis*, *keu leao*, *ſufficit*.

Iurandi nulla ſunt, vtuntur autem imprecationibus pro iuramentis.

Excludendi *tan*, *ſolum*, *cha pu to*, *fere*.

De Interiectionibus.

Dolentis *çu*, *malum!* *dolor!*